

# Marcus

504

aridam factā radicibus. nō hesitanduz  
 in corde. credite quia accipietis q̄ peti-  
 tis. dimittite si quid habetis aduers⁹  
 aliquē in oratione. Interrogatus in  
 q̄ potestate hec facis.  
 ¶ Parabolam de vinea ⁊ colonis. de te-  
 nario cesaris. de muliere que septem  
 fratres habuit. de primo mandato in-  
 terrogatur. et interrogantē dicit non  
 esse longe a regno dei. dicit. Quomo-  
 do dicunt scribe christum esse filiū da-  
 uid cum sit dñs. dicit cauere a scribis  
 de vidua ⁊ gazophilatio.  
 ¶ De templi structura. de venturis an-  
 te diē iudicij. de passione martirij. de  
 abominatōne ⁊ fuga ⁊ pregnantibus  
 de tribulationib⁹. abbreviatio dieruz  
 de pseudo christis. et pphetis. sol obte-  
 nebratur. et luna nō dabit splendorē  
 suū. stelle erūt decedentes ⁊c. de aduē-  
 tu christi. parabola ficus. diem ⁊ horā  
 nemo scit. vigilate ⁊ orate nescitis tē-  
 pus.  
 ¶ De vnguento effuso super caput iesu  
 proditio iude cū discipulis māduca-  
 uit pasca. dicit vnus vestrū tradet me  
 de sacramēto corpis ⁊ sanguinis. ⁊c.  
 et captio iesu.  
 ¶ Vincitū iesum duxerūt ad pylatū. ⁊ il-  
 luso. et crucifixio. et mors. et sepultu-  
 ra iesu christi.  
 ¶ Resurrectio. et ostensio eius. et q̄ pre-  
 dicare iubet euangelium.

¶ Explicat Registrum. Incipit  
 euangelium fm̄ Marcum.

Malach. 3.  
 Et. ij. c.

**I**ncipit  
 euangelij iesu  
 christi filij dei: si-  
 cut scriptum est  
 in esaiā ppheta.  
 Ecce mitto āge-  
 lum meum ante faciem tuā: qui pre-

parabit viam tuam ante te. Vox cla-  
 mantis in deserto. Parate viam do-  
 mini: rectas facite semitas eius. Fuit  
 in deserto iohannes baptisans ⁊ pre-  
 dicans baptismum penitentie: in re-  
 missionem peccatoruz. Et egredieba-  
 tur ad eum omnis iudee regio. et ibe-  
 rosolymite vniuersi ⁊ baptizabantur  
 ab illo in iordanis flumine: confiten-  
 tes peccata sua. Et erat iohannes ve-  
 stitus pilis cameloz⁹ ⁊ zona pellicea  
 circa lumbos eius: et locustas et mel  
 siluestre edebat: et predicabat dicens  
 Venit fortior me: pr⁹ me c⁹ nō sū di-  
 gnus procumbens soluere corrigiam  
 calciamentorum eius. Ego baptiza-  
 uros in aq̄: ille vō baptizabit vos spi-  
 ritu sancto. Et factum est in diebus il-  
 lis: venit iesus a nazareth galilee ⁊ ba-  
 ptizatus est a iobanne in iordane. Et  
 statim ascendens de aqua. vidit celos  
 apertos: et spiritum sanctum tanquā  
 columbam descendentem ⁊ manentē  
 in ipso. Et vox facta est de celis. Tu  
 es filius meus dilectus in te compla-  
 cui. Et statim spūs expulit euz in de-  
 sertum. Et erat in deserto quadragin-  
 ta diebus ⁊ quadraginta noctibus: ⁊  
 temptabatur a satana. Eratq̄ cum  
 bestijs: et angeli ministrabant illi. Post  
 q̄ autem traditus est iohannes: venit  
 iesus in galileam. predicans euange-  
 lium regni dei. et dicens. Quoniam  
 impletum est tempus. et appropiqua-  
 bit regnum dei. Penitemini ⁊ credi-  
 te euangelio. Et preteriens secus ma-  
 re galilee: vidit simonem ⁊ andream  
 fratrem eius mittentes retia in mare.  
 Erant enim piscatores. Et dixit eis  
 iesus. Venite post me et faciam vos  
 fieri piscatores hominum. Et proti-  
 nus relictis retibus secuti sunt eum.  
 Et progressus inde pusillum vidit  
 Iacobum zebedei et Iohannem fra-  
 trem eius: et ipsos componentes.

Lu. 7. d.  
 Esa. 40.  
 Mat. 3. a.  
 Jo. j. c.  
 Et. 3. b.  
 Lu. 3. a.  
 Jo. 3. e.  
 Et. 3. a.  
 Mat. 3. e.  
 Jo. j. d.  
 Jo. 3. e. Lu.  
 d. Jo. j. d.  
 Ac. 19. a.  
 Mat. 3. f.  
 Esa. 42. Et  
 g. et. 17. b. L.  
 e. 2. De. j. d.  
 Et. 4. a.  
 Lu. 4. a.  
 Esa. 43. b.  
 Et. 4. e.  
 Mat. 4. d.  
 Mat. 4. e.  
 Act. 3. d.  
 Et. 4. e. ⁊. 8.  
 Lu. 5. b.  
 Mat. 4. f.